„Nadie pues se atreva á oponerse, ni quebrantar temerariamente estas nuestras letras de confirmacion, innovacion, aprobacion, comision, invocacion, requisicion, decreto y voluntad, y si alguno se atreviere á intentarlo sepa que incurrirá en la indignacion del Dios Omnipotente y de sus Apóstoles San Pedro y San Pablo.

„Dadas en Roma en Santa María la mayor el diez y ocho de Marzo del año de la Encarnacion del Señor, mil setecientos cincuenta y uno, el once de nuestro Pontificado.“

¡Ojalá los Soberanos de aquel tiempo hubiesen hecho tanto aprecio de estos decretos, como lo exijian la salud de la Iglesia y del Estado! ¡Ojalá se hubiesen persuadido que debian venerar á los Soberanos Pontífices sucesores de San Pedro no solamente como Pastores, y Maestros de la Iglesia universal, sino tambien como defensores muy ardientes de su dignidad, que velan con la mayor diligencia para descubrir los peligros que les amenazan! ¡Ojalá hubieran usado de su poder para destruir las sectas cuyos perniciosos designios les habia manifestado la Silla apostólica! Desde entonces se hubiera acabado con ellas. Mas como seducidos por fraude de los sectarios que ocultaban con tanto artificio su proyecto, ó por la persuasion de algunos hombres imprudentes, juzgasen que este negocio se debia despreciar ó corregirse con remedios suaves, nacieron de aquellas sectas antiguas masónicas, que jamas estuvieron quietas, otras mu-

que nonnullis in regionibus habebatur, et in varios veluti ramos divisa nomine tenus diversos, acerrime catholicam Religionem, et supremam quamque civilem legitimam potestatem impugnandam suscepit. Qua calamitate ut Italiam, aliasque regiones, imo et ipsam Pontificiam ditionem (in quam, impedito tantisper pontificio regimine, illa irrepserat una cum exteris hominibus ejus invasoribus) liberaret, felicis recordationis Pius VII, *cui Nos sufecti sumus, Carbonariorum sectam, quocumque tandem nomine pro locorum, idiomatum, et hominum diversitate appellaretur, gravissimis poenis damnavit, edita idibus Septembribus anno millessimo octingentessimo vigessimo primo Constitutione, cujus initium.* = Ecclesiam à Jesu Christo = *hujus etiam exemplum nostris hisce litteris inserendum esse censuimus, quod est ejusmodi:*

„*Pius Episcopus, servus servorum Dei. = Ad perpetuam rei memoriam. = Ecclesiam à Jesuchristo servatore nostro supra, firmam petram fundatam, et adversus quam ipsemet Christus promissit nunquam portas inferi praevalituras, tot saepe ac tam formidolosi hostes aggresi sunt, ut nisi divina illa, et quae transire non potest promissio intercessisset, metuendum videretur ne ipsa illorum aut vi, aut artibus, aut calliditate circumventa penitus interiret. Quod vero superioribus temporibus evenit, id etiam et prae-*

chas peores y mas audaces que aquellas. Todas estas las ha abrazado en su seno la secta de los Carbonarios, que se reputaba por la principal en Italia, y en algunas otras naciones, y dividida como en varias ramas que solo se diferencian en el nombre, emprendió impugnar con el mayor ardor la Religion católica, y todas las supremas potestades civiles legítimas. Pio VII de feliz memoria, al cual hemos sucedido, con el fin de librar de esta calamidad á la Italia y á los demas paises, y especialmente al estado pontificio, en el cual se habia introducido con la invasion de los extrangeros, por haber cesado por algun tiempo el gobierno del Papa, condenó con penas gravísimas la secta de los Carbonarios, bajo cualquiera denominacion que fuera conocida en los diversos paises é idiomas, por la Constitucion que publicó el quince de Setiembre del año mil ochocientos veinte y uno que empieza: *Ecclesiam á Jesu Christo* la cual Nos hemos juzgado insertarla en estas nuestras letras, y es como se sigue:

» Pio Obispo siervo de los siervos de Dios. = Para perpetua memoria. = Tantos y tan terribles enemigos han acometido muchas veces á la Iglesia fundada por Jesucristo nuestro Salvador sobre la firme piedra, contra la cual él mismo nos prometió que nunca prevalecerian las puertas del infierno, que si no hubiese mediado esta promesa divina, que no puede dejar de cumplirse, parece que se podria temer que engañada y seducida por la fuerza, las artes y astucia de aquellos habia de ser del todo des-

cipue quidem luctuosa hac nostra aetate factum est, quae novissimum illud tempus esse videtur, tanto ante ab Apostolis praenunciatum, quo (1) venient illussores secundum desideria sua ambulantes in impietatibus. Nec enim quemquam latet, quanta scelestorum hominum multitudo difficillimis hisce temporibus convenerit in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus, qui id praecipue curant, ut deceptis per Philosophiam, et inanem fallaciam (2) fidelibus, et ab Ecclesiae doctrina avulsis, ipsam Ecclesiam irrito licet conatu labefactent, et evertant. Quod ut facilius assequerentur, eorum plerique occultos coetus. Clandestinas que Sectas coegerunt, ex quibus futurum sperabant, ut plurimos in suae conjurationis, et sceleris societatem liberius petraherent.

»Jampridem sancta haec Sedes, his sectis detectis, magna liberaque voce contra eas clamavit, et consilia, quae clam ab iis essent inita contra Religionem, imo et contra civilem societatem patefecit. Jampridem omnium excitavit diligentiam, ut caverent, ne his sectis id conari liceret, quod nefarie meditabantur. Verum dolendum est his Sedis apostolicae studiis non eum exitant respondisse, quem ipsa spectabat, et scelestos homines numquam à suscepto consilio destitisse; unde consequuta tandem ea mala sunt, quae

(1) *In Epist. B. Judae Ap. v. 18.*
(2) *Colloss. cap. 11. v. 18.*

truida. Pues lo que sucedió en tiempos pasados, esto mismo lo hemos experimentado principalmente en este miserable siglo en que vivimos, que parece es aquel último tiempo mucho antes anunciado por los Apóstoles, en el cual vendrán seductores, que dejándose llevar de sus malvados deseos promoverán las impiedades (1). Pues nadie ignora cuánta multitud de hombres malvados se han unido en estos infelicísimos tiempos contra el Señor y contra su Cristo, los cuales principalmente intentan destruir y arruinar la Iglesia de Dios, apartando de su doctrina á los Fieles con su vana filosofia y sofismas engañosos; pero sus esfuerzos serán vanos (2). Con el fin de conseguir mas fácilmente sus intentos muchos de ellos han formado Conventículos secretos, y Sectas clandestinas, para atraer con mas libertad á su partido mayor número de personas, y hacerlas cómplices de su conjuracion y de sus maldades.

» Hace ya mucho tiempo que esta santa Silla, descubiertas estas sectas, levantó su voz con gran libertad contra ellas, y manifestó al mundo los proyectos que habian formado en secreto contra la Religion, y tambien contra la sociedad civil. Hace ya mucho tiempo que escitó la atencion y cuidado de todos para que se precaviesen, y tomasen las medidas para impedir que estas sectas no excitasen lo que con tanta malignidad habian proyectado. Pero es bien doloroso, que no correspondiese el éxito á

(1) S. Judas Apostol en su ep. v. 18.
(2) Colosenses cap. 2. ver. 8.

nos metipsi perspeximus: imo homines quorum superbia ascendit semper, novas etiam secretas Societates inire ausi sunt.

»*Commemorari hoc loco debet Societas nuper orta, et longe lateque in Italia, aliisque in regionibus propagata, quae licet in plures Sectas divisa sit, ac pro earum varietate, diversa, ac distincta inter se nomina aliquando assumat, re tamen, sententiarum, et facinorum communione, et foedere quodam inito, una est, et Carbonariorum plerumque solet appellari. Simulant illi quidem singularem observantiam, et mirificum quoddam studium in catholicam Religionem, et in Jesu-Christi Servatoris nostri personam, et doctrinam: quem etiam societatis suae rectorem, et magnum magistrum nefarie aliquando audent appellare. Verum sermones hi, qui super oleum molliti videntur, nihil aliud sunt quam jacula ad tutius vulnerandos minus cautos à callidis hominibus adhibita, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*

»*Sane severissimum illud jusjurandum, quo veteres Priscillianistas magna ex parte imitantes, pollicentur, se nullo unquam tempore, nullove casu, vel patefacturos hominibus in societatem non adscriptis quidquam quod eam societatem respiciat, vel communica-*

á los deseos que la Silla apostólica habia manifestado; por cuyo motivo no desistiendo estos hombres malvados de sus proyectos, se siguieron por fin los males que nosotros mismos hemos visto; y estos hombres cuya soberbia crece siempre, tuvieron la audacia de formar nuevas Sociedades secretas.

»En este lugar debemos hacer mencion de una Sociedad que hace poco que ha nacido y se ha propagado por muchas partes de la Italia, y en otros paises, la cual aunque dividida en muchas sectas, y tome alguna vez diversos nombres cada una de ellas, real y verdaderamente convienen todas en sus opiniones y en sus maldades, y confederadas entre sí, se puede decir que no es mas que una, que comunmente suele llamarse la Sociedad de los Carbonarios. Ellos fingen á la verdad que tienen un respeto particular y un amor extraordinario á la Religion católica y á la persona y doctrina de nuestro Salvador Jesucristo, al cual alguna vez han tenido la impudencia de llamarle sacrílegamente su Director y su gran Maestro. Pero estas palabras mas suaves que el aceite no son sino saetas de que se sirven estos hombres astutos, que vienen vestidos con piel de ovejas, y en su corazon son lobos rapaces para herir con mas seguridad á los hombres incautos.

„Es indudable que aquel severísimo juramento, que á imitacion de los antiguos Priscilianistas hacen, prometiendo que en ningun tiempo, ni en ningun caso revelarán á los que no son de su sociedad nada de lo que es propio de ella, ni los que es-

turos cum iis, qui in gradibus inferioribus versantur aliquid, quod ad gradus pertineat superiores, clandestina illa praeterea, et illegitima Conventicula, quae more à pluribus haereticis usurpato, ipsi habent, et cooptatio hominum cujuscumque Religionis, et Sectae in suam Societatem, etsi caetera deessent, satis persuadent nullam memoratis eorum dictis fidem haberi oportere.

„Verum conjecturis, et argumentis opus non est, ut ita de eorum dictis judicetur, quemadmodum superius indicatur est. Libri ab ipsis typis editi, quibus ratio describitur, quae in conventibus superiorum praesertim gradum adhiberi solet; eorum catechismi, et statuta, aliaque authentica et ad fidem faciendam gravissima documenta, nec non eorum testimonia qui cum eam societatem deseruissent, cui antea adhaeserant, ejus errores et fraudes legitimis judicibus patefecerunt, aperte declarant, Carbonarios id praecipue spectare ut magnam licentiam cuique dent, Religionem, quam colat, proprio ingenio, et ex suis opinionibus sibi fingendi, indifferentia in Religionem inducta, qua vix quidquam excogitari potest perniciosius, ut Jesu-Christi passionem per nefarias quasdam suas caeremonias profanent, ac poluant, ut Ecclesiae Sacramenta (quibus nova alia à se per summum scelus inventa substituere videntur) et ipsa Religionis catholicae mysteria contemnant, utque Sedem hanc apostolicam evertant, in quam quoniam in ea apostolicae Cathedrae semper viguit principatus (1) singulari quodam odio

(1) S. Agust. Epist. 43.

tan en los grados superiores descubrirán á los de los inferiores nada de lo que pasa entre ellos, y les pertenece; ademas de esto los Conventículos secretos é ilegítimos que tienen siguiendo la práctica de muchos hereges, y admitiendo en su Sociedad á los hombres de todas Religiones y Sectas, esto, aunque no hubiese otra cosa, persuade bastante que no se debe dar fe á lo que dicen.

„Pero no es necesario recurrir á conjeturas y argumentos para juzgar asi de sus dichos, como arriba hemos indicado. Los libros que han publicado impresos, en los cuales se describe el órden que se guarda en los conventos ó juntas de los grados superiores, sus catecismos y estatutos, y otros documentos auténticos y fidedignos, y las declaraciones que han dado los que, abandonada esta sociedad á la que estaban ascriptos, manifestaron sus errores y fraudes á los legítimos Jueces, demuestran tambien con bastante claridad que los Carbonarios principalmente intentan dar á cada uno una gran licencia para formarse á su gusto y segun su modo de pensar la religion que mas les acomode, introduciendo de este modo la indiferencia de religion, que es lo mas pernicioso que se puede pensar para que profanen y manchen por sus sacrílegas ceremonias la Pasion de Jesucristo, para que desprecien los Sacramentos, á los cuales por una maldad execrable han sustituido otros que ellos han inventado, y desprecien los mismos misterios de la Religion católica, y para destruir es-

afficiuntur, *et pestifera quaeque ac perniciosa moliuntur.*

„*Nec minus*, *ut ex iisdem constat monumentis*, *scelesta sunt*, *quae Carbonariorum Societas tradit de moribus praecepta*, *quamvis confidenter jactet se à suis sectatoribus exigere*, *ut charitatem ac omne virtutum genus excolant*, *et exerceant*, *ac diligentissime ab omni vitio abstineant. Itaque libidinosis voluptatibus impudentissime ea favet*, *docet licere eos interficere*, *qui datam de secreto*, *quod superius memoratum est*, *fidem non servaverint*; *et licet Apostolorum Princeps Petrus praecipiat*, *ut Christiani* (1) *omni humanae creaturae propter Deum subjecti sint*, *sive Regi quasi praecellenti*, *sive Ducibus tamquam ab eo missis &c.*, *jubeatque Paulus Apostolus* (2), *ut omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*; *ea tamen Societas docet integrum esse seditionibus excitatis Reges*, *caeterosque imperantes*, *quos per summam injuriam tyranos passim appellare audet*, *sua potestate expoliare.*

„*Haec*, *aliaque hujus Societatis dogmata*, *et praecepta sunt*, *ex quibus ea extiterunt in Italia*

(1) *Ep. 1. cap. 2. vers. 13.*
(2) *Rom. cap. 3. v. 14.*

ta misma Silla apostólica, en la cual porque siempre ha florecido el Principado de la Cátedra apostólica (1), siempre han tenido un odio particular contra ella, y han intentado con la mayor rabia poner en ejecucion lo que han creido mas propio para arruinarla.

„No son menos criminales, como consta de los mismos documentos, los preceptos de moral que enseña la Sociedad de los Carbonarios, aunque se gloríe con mucha arrogancia que exige de sus sectarios que practiquen la caridad y todas las demas virtudes, y se abstengan con el mayor cuidado de todos los vicios. Pues se sabe que fomenta con la mayor impudencia los delitos deshonestos; enseña que es lícito matar á los que no guardan la fidelidad del secreto, de que hemos hecho mencion arriba; y aunque San Pedro, Príncipe de los Apóstoles mande (2) *que los cristianos esten sujetos á toda criatura humana por Dios, al Rey como á superior, y á los Gobernadores como enviados por él*; y aunque San Pablo mande *que todo hombre* esté sujeto á las potestades mas altas (3); sin embargo esta Sociedad enseña que excitadas las sediciones se puede quitar la autoridad á los Reyes, y á los demas imperantes, á los cuales con el mayor ultraje se atreve á llamar comunmente tiranos.

„Estas y otras muchas son las opiniones y preceptos de esta Sociedad, de los cuales han na-

(1) S. Agust. Ep. 43.
(2) Epist. 1. cap. 2. v. 13.
(3) Epist. á los Rom. cap. 3. v. 14.

facinora nuper à Carbonariis commissa, quae adeo gravem honestis, piisque hominibus moerorem attulerunt. Nos igitur, qui speculatores domus Israel, quae est Sancta Ecclesia, constituti sumus, et qui pro pastorali nostro munere cavere debemus, ne Dominicus Grex nobis divinitus creditus ullum damnum patiatur, existimamus in causa tam gravi non posse ab impuris horum hominum conatibus cohibendis abstinere. Exemplo etiam commovemur felicis recordationis Clementis XII, *et Benedicti* XIV *praedecessorum nostrorum, quorum alter quarto kalendas majas anni millessimi septingentessimi trigessimi octavi Constitutione* = In eminenti = *alter decimoquinto kalendas Aprilis anni millessimi septingentessimi quinquagessimi primi Constitutione* = Providas = *damnarunt et prohibuerunt Societates* de'Liberi Muratori seu Francs Maçons, *aut alio quocumque nomine pro regionum, et idiomatum varietate appellatas, quarum Societatum fortasse propago, vel certe imitatio haec Carbonariorum Societas existimanda est. Et quamvis jam duobus edictis per nostram Status Secretariam propositis hanc Societatem graviter Nos prohibuerimus, memoratos tamen Praedecessores nostros sequentes, graves poenas in hanc Societatem solemniori, quidem ratione decernendas, putamus; praesertim cum Carbonarii passim contendant, se duabus illis Clementis* XII, *et Benedicti* XIV *Constitutionibus, non comprehendi, nec sententiis, et poenis in illis latis subjici.*

cido tantos delitos cometidos poco há en Italia por los Carbonarios, que han afligido tanto á los hombres buenos y piadosos. Nos, pues, que somos las atalayas de la casa de Israel, que es la Santa Iglesia, y que debemos procurar por nuestro oficio pastoral que la Grey del Señor, que está puesta á nuestro cuidado, no reciba ningun daño, juzgamos que en causa tan grave debemos hacer todos los esfuerzos para destruir los conatos de estos hombres impuros. A esto tambien nos mueve el ejemplo de nuestros Predecesores los Papas Clemente XII y Benedicto XIV, de gloriosa memoria, de los cuales el primero, por la Constitucion que publicó el 28 de Abril de 1738, la cual empieza: *In eminenti*; y el segundo por la Constitucion que publicó el 18 de Marzo de 1751 que empieza: *Providas*, condenaron y prohibieron las Sociedades de los *Liberi Muratores ó Franc Masones*, ó con cualquier otro nombre denominadas en otros paises, de las cuales esta Sociedad de los Carbonarios debe considerarse como una rama, ó ciertamente como una imitacion; y aunque la hayamos prohibido severísimamente por los edictos publicados por nuestra Secretaría de Estado, siguiendo el ejemplo de nuestros mencionados Predecesores, hemos tenido por conveniente decretar de un modo mas solemne graves penas contra esta Sociedad, principalmente porque los Carbonarios pretenden comunmente que no estan comprendidos en aquellas dos Constituciones de Clemente XII y de Benedicto XIV, ni sujetos á

„*Audita igitur selecta Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, et de ejus consilio, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, praedictam Societatem Carbonariorum aut alio quocumque nomine appellatam, ejus Caetus, Conventus, Collectiones, Aggregationes, Conventicula damnanda et prohibenda esse statuimus, et decrevimus, prout praesenti nostra perpetuo valitura Constitutione damnamus, et prohibemus.*

„*Quo circa omnibus, et singulis Christifidelibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae, sive laicis sive clericis, tam saecularibus quam regularibus etiam specifica et individua mentione et expressione dignis, districte, et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat, vel praesumat praedictam societatem Carbonariorum, aut alias nuncupatam, inire vel propagare, confovere, ac in suis aedibus, seu domibus vel alibi receptare, atque occultare, illi, et cuicumque ejus gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocetur, eidem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto directe vel indirecte per se, vel per alios quoquomodo praestare, nec non alios hortari, indu-*

las sentencias y penas pronunciadas en ellas.

„Habiendo, pues, oido á una Congregacion que para este efecto hemos nombrado de nuestros venerables Hermanos Cardenales de la Santa Iglesia Romana por su consejo, y de nuestro propio movimiento, cierta ciencia y madura deliberacion, y por la plenitud de la potestad apostólica, establecimos y determinamos que se debia condenar y prohibir, como por la presente Constitucion nuestra, que ha de tener perpetuamente fuerza y vigor, condenamos y prohibimos la sobredicha Sociedad de los Carbonarios, ó de cualquiera otra denominacion que tenga, sus Juntas, Conventos, Colecciones, Agregaciones y Conventículos.

„Por tanto mandamos estrechamente y en virtud de santa obediencia á todos y cada uno de los Fieles cristianos de cualquier estado, grado, condicion, órden, dignidad y preeminencia que sean, legos ó clérigos, tanto seculares como regulares, dignos que se haga de ellos mencion y expresion específica, que ninguno, bajo cualquier pretexto ó color, se atreva ó presuma entrar en la sobredicha Sociedad llamada de los Carbonarios, ó cualquier otro nombre que tenga, propagarla, protegerla, ó recibirla y ocultarla en sus casas ó en otra parte, ascribirse, agregarse ó asistir á ella, ó en cualquier de sus grados, ó permitirles ó proporcionarles que se junten en otra parte; suministrarles alguna cosa, darles de cualquier modo que sea consejo, favor y ayuda en público ó en secreto, directa ó indirectamente por sí ó

cere, provocare, ac suadere, ut hujusmodi societatis aut cuicumque ejusdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsam quomodolibet juvent ac foveant; sed omnino ab eadem societate, ejusque Caetibus, Conventibus, Aggregationibus, seu Conventiculis prorsus abstinere se debeant sub poena excomunicationis per omnes ut supra contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrenda, à qua nemo per quemquam nisi per Nos seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

„Praecipimus praeterea omnibus sub eadem excomunicationis poena Nobis et Romanis Pontificibus succesoribus nostris reservata, ut teneantur denunciare Episcopis, vel caeteris ad quos spectat eos omnes, quos noverint huic societati nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus quae commemorata sunt se inquinasse.

„Postremo ut omne erroris periculum efficacius arceatur, damnamus, et proscribimus omnes Carbonariorum, ut ajunt, catechismos et libros, quibus à Carbonariis describuntur, quae in eorum Conventibus geri solent, eorum etiam, statuta, codices, ac libros omnes ad eorum defensionem exaratos, sive typis editos, sive manuscriptos, et quibuscumque fidelibus sub eadem poena majoris excomunicationis eodem modo reservatae prohibemus memoratos libros, vel eorum aliquem legere, aut retinere, ac mandamus ut illos vel locorum Ordinariis, vel aliis, ad quos eosdem recipiendi jus pertinet, omnino tradant.

por otras personas, ni exhortar, inducir, provocar y persuadir á otros para que se ascriban, alisten ó asistan á esta sociedad ó á cualquier de sus grados, que no la ayuden ni protejan, de cualquier modo que sea, sino que se separen enteramente de ella, de sus Juntas, Conventos, Agregaciones ó Conventículos, bajo pena de excomunion, como hemos dicho arriba á todos los contraventores, que incurrirán por el mismo hecho, sin otra declaracion, de la cual nadie, sino Nos y el Pontífice Romano que por tiempo fuere, podrá absolverles fuera del artículo de la muerte.

„Mandamos ademas á todos, bajo la misma pena de excomunion reservada á Nos, y á los Pontífices Romanos nuestros sucesores, que denuncien á los Obispos ó á quienes pertenezca á todos aquellos que supieren que han entrado en estas Sociedades, ó han cometido alguno de los crímenes mencionados.

„Finalmente, para apartar mas eficazmente todo peligro de error, condenamos y prohibimos todos los catecismos y libros que se dicen de los Carbonarios, en los cuales se expone lo que se hace en sus Juntas; y tambien sus estatutos, todos los cuadernos y libros escritos en su defensa impresos ó manuscritos; y bajo la misma pena de excomunion mayor reservada prohibimos á todos los fieles de cualquier clase que sean, leer ó retener los mencionados libros ó algunos de ellos, y mandamos que sin dilacion alguna los entreguen á los Ordinarios de los lugares, ó á quienes de derecho pertenezca recogerlos.

*

„Volumus autem quod presentium litterarum nostrarum transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quae ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

„Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis et interdictionis infringere, aut ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

„Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millessimo octingentessimo vigessimo primo, idibus Septembris, Pontificatus nostri anno vigessimo secundo."

Non multo post editam hanc á Pio VII *Constitutionem ad supremam Beati Petri Cathedram nullis nostris meritis evecti Nos fuimus, et continuo omnem nostram operam convertimus ad detegendum, quis esset clandestinarum sectarum status, quis numerus, quae potentia. Haec inquirentes facile intelleximus crevisse illarum insolentiam praecipue ob earum multitudinem novis sectis auctam. Ex quibus ea praesertim memoranda est quae* Universitaria *dicitur, quod sedem et domicilium in pluribus studiorum Universitatibus habeat, in quibus juvenes à nonnullis magistris, qui eos non docere, sed pervertere student, ejusdem misteriis, quae iniquitatis misteria verissime appellari de-*

„Queremos tambien que á los traslados ó copias de las presentes letras nuestras, aunque sean impresas, firmadas por mano de algun Escribano público, y selladas con el sello de alguna persona constituida en dignidad eclesiástica, se les dé la misma fe que se daria á las letras originales si fuesen exhibidas ó presentadas.

„Que nadie pues se atreva á quebrantar ó contradecir temerariamente este escrito de nuestra declaracion, condenacion, mandato, prohibicion é interdiccion; y si alguno lo intentare sepa que incurrirá en la indignacion de Dios Omnipotente y de los Bienaventurados Apóstoles S. Pedro y S. Pablo.

„Dadas en Roma en Santa María la Mayor á trece de Setiembre del año de la Encarnacion del Señor de mil ochocientos veinte y uno, y el veinte y dos de nuestro Pontificado."

No mucho tiempo despues de publicada esta Constitucion, Nos fuimos elevado, aunque sin ningun mérito nuestro, á la Suprema Cátedra de S. Pedro, y nos aplicamos inmediatamente con todo cuidado á conocer el estado de estas Sectas clandestinas, su número y su poder. Haciendo estas investigaciones, desde luego conocimos que su insolencia se habia aumentado principalmente por el gran número de Sectas, que de nuevo se habian formado. De estas merece una particular mencion la llamada *Universitaria,* porque tiene su asiento y domicilio en muchas Universidades de estudios, en las cuales algunos maestros, lejos de enseñar á los jóvenes,

bent, initiantur, et ad omne scelus informantur.

procuran pervertirlos, iniciándolos en los mismos misterios, que con mucha verdad deben llamarse misterios de iniquidad, y les instruyen para cometer toda especie de maldades.

Inde vero existit, quod tanto etiam post tempore, quo primum perduellionis faces in Europa à sectis clandestinis per consectaneos suos inflammatae, et elatae sunt et post reportatas à potentissimis Europae Principibus praeclarissimas victorias, quibus illae comprimendae sperabantur, nondum tamen nefarii earum conatus finem habuerunt. In illis enim ipsis regionibus, in quibus pristinae tempestates conquievisse videntur, qui metus est novarum turbarum et seditinum, quas illae sectae perpetuo moliuntur. ¡Quae impiarum formido sicarum, quas in eorum corporibus clam defigunt, quos ad mortem designarunt! ¡Quot, et quam gravia non raro decernere, vel inviti coguntur qui iisdem cum potestate praesunt, ut publicam tranquillitatem tuentur!

De aqui sucede que despues de tanto tiempo que se encendieron y levantaron en la Europa las teas de la rebelion y de la discordia por las Sectas clandestinas, y sus secuaces, sin embargo de haber conseguido los Príncipes mas poderosos de la Europa algunas victorias célebres contra ellas, lejos de haberla destruido, como esperaban, se han hecho mas audaces para continuar con mayor ardor sus horribles maquinaciones. Porque en aquellos mismos Reinos, en los cuales parece estaban disipadas las antiguas tempestades, ¡cuántos temores hay de ver renovadas las sediciones y la revolucion por las continuas intrigas y perversas conjuraciones de aquellas Sectas! ¡Qué terror no causan los asesinos impíos que clavan inhumanamente el puñal en el corazon de los que designaron á la muerte! ¡Cuántas y cuán grandes cosas se ven muchas veces precisados los Soberanos á ordenar y mandar contra su voluntad para conservar la tranquilidad pública!

Inde etiam existunt acerbissimae calamitates, quibus Ecclesia fere ubique vexatur, et quas sine dolore, imo sine moerore commemorare non possumus. Impugnantur impudentissime sanctissima ejus dogmata et praecepta; ejus dignitas extenuatur, et pax illa, et felicitas, qua suo quodam jure frui deberet, non perturbatur modo, sed omnino evertitur.

De aqui nacen tambien las crueles desgracias que por todas partes afligen á la Iglesia, de las cuales no podemos acordarnos sin llenarnos de dolor y de tristeza. Se impugnan sus dogmas santísimos y sus preceptos con la mayor desvergüenza; se disminuye su dignidad, y no solo se turba, sino que se destruye aquella paz y felicidad de que

Nec putandum est, omnia haec mala, aliaque, quae praetermissa à Nobis sunt clandestinis hic Sectis perperam et per calumniam adscribi. Libri, quos de Religione et Republica scribere non dubitarunt, qui his Sectis nomen dederunt, quibus dominationem spernunt, majestatem blasfemant, Christum autem vel scandalum, vel stultitiam dictitant; imo non raro nullum esse Deum, et hominis animam una cum corpore interire docent. Codices et statuta, quibus sua consilia, et instituta explicant, aperte declarant cuncta, quae jam memoravimus, et quae ad legitimos Principatus labefactandos, et Ecclesiam funditus delendam spectant, ab iis proficisci. Atque hoc veluti certum, exploratumque habendum est, has Sectas licet nomine diversas, nefario tamen impurissimorum consiliorum vinculo esse interse conjunctas.

Quae cum ita sint, Nos muneris nostri esse censemus iterum clandestinas has Sectas condemnare, atque ita quidem ut nulla ex iis jactare possit, se Apostolica sententia nostra non comprehendi, atque hoc praetextu homines incautos, et minus acutos in errorem inducat. Itaque de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclessiae Cardinalium, et etiam motu proprio, et certa scientia, ac matura deliberatione, Nostris, Societates occultas omnes, tam quae nunc sunt, quam quae fortasse deinceps erumpent, et quae ea sibi

justamente debia gozar.

Nadie se imagine que se atribuyen injusta y calumniosamente á estas Sectas los males que acabamos de referir, y otros muchos que omitimos. Porque los libros que los iniciados en estas Sectas han publicado sobre la Religion y la República, lo demuestran claramente. En ellos se ve que desprecian la dominacion, blasfeman la Magestad, dicen con frecuencia que Cristo es el escándalo ó la necedad, y no pocas veces añaden que no hay Dios, y que el alma del hombre perece con el cuerpo: sus cuadernos y sus estatutos, en los cuales manifiestan sus proyectos y sus máximas, dan testimonio de esto, y prueban que ellos son los que han formado todas las maquinaciones para derribar los legítimos Soberanos de sus Tronos, y destruir enteramente la Iglesia. Y asi debe tenerse por cierto y averiguado que estas Sectas, aunque distintas en el nombre, estan entre sí íntimamente unidas con el vínculo perverso de sus impurísimos designios.

Siendo pues esto cierto, creemos que estamos obligados á condenar de nuevo estas Sectas clandestinas, de manera que ninguna de ellas se pueda gloriar que no está comprendida en nuestra sentencia Apostólica, y con este pretexto inducir al error á los hombres incautos y sencillos. Y asi por consejo de nuestros venerables hermanos Cardenales de la Santa Iglesia Romana, y tambien de nuestro propio movimiento, cierta ciencia y madura deliberacion, prohibimos perpetuamente por estas nuestras Letras todas las Sociedades ocultas

adversus Ecclessiam, et supremas civiles Potestates proponunt, quae superius commemoravimus, quocumque tandem nomine appellentur, Nos perpetuo prohibemus sub eisdem poenis, quae continentur Praedecessorum nostrorum Litteris in hac nostra Constitutione jam allatis, quas expresse confirmamus.

Quocirca omnibus et singulis Christifidelibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, ordinis, dignitatis, ac praeeminentiae, sive laicis, sive clericis, tam saecularibus, quam regularibus, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis districte, et in virtute sanctae obedientiae praecipimus, ne quis sub quovis praetextu, aut quaesito colore audeat, vel praesumat praedictas Societates, quocumque nomine appellentur, inire, vel propagare, confovere, ac in suis aedibus, seu domibus, vel alibi receptare, atque occultare, illis, et cuicumque earumdem gradui adscribi, aggregari, aut interesse, vel potestatem, seu commoditatem facere, ut alicubi convocentur, iisdem aliquid ministrare, seu alias consilium, auxilium, vel favorem palam, aut in occulto, directe, aut indirecte, per se vel per alios quoquomodo praestare, nec non alios hortari, inducere, provocare, ac suadere ut hujusmodi Societatibus, aut cuicumque earumdem gradui adscribantur, annumerentur, aut intersint, vel ipsas quomodolibet juvent, ac foveant, sed omnino ab iisdem Societatibus earum Caetibus, Conventibus, Aggregationibus, seu Conventiculis

que ahora existen, y las que quizá en adelante se formarán, cualquier nombre que tengan, y los proyectos que maquinan contra la Iglesia y contra las supremas Potestades civiles, de las cuales arriba hemos hecho mencion, bajo las mismas penas que se contienen en las Letras de nuestros Predecesores ya referidas en nuestra Constitucion, las cuales expresamente confirmamos.

Por lo cual mandamos rigurosamente y en virtud de santa obediencia á todos y á cada uno de los Fieles cristianos de cualquier estado, grado, condicion, órden, dignidad y preeminencia que sean, legos ó clérigos, asi seculares como regulares, aunque de ellos deba hacerse mencion y expresion específica é individual, que nadie se atreva ó presuma, bajo cualquier pretexto ó color supuesto, alistarse en las sobredichas Sociedades, sea cual fuere su nombre, ni propagarlas, fomentarlas, recibirlas, ú ocultarlas en sus casas ó en otra parte, ascribirse en ellas, ó en cualquiera de sus grados; agregarse ó asistir á sus juntas, permitirles ó proporcionarles que se junten en alguna parte, suministrarles alguna cosa, ó darles de cualquier modo que sea consejo, favor, ó ayuda en público ó en secreto, directa ó indirectamente por sí ó por otros; que no exhorten, ni induzcan, ni provoquen, ni persuadan á otros que se ascriban ó asistan á estas Sociedades, ni á ninguno de sus grados, que las ayuden ó protejan, sino que se aparten absolutamente de ellas, de sus Juntas, Conventos, Agregaciones ó

prorsus abstinere se debeant, sub poena excomunicationis per omnes, ut supra, contrafacientes, eo ipso absque ulla declaratione incurrenda, à qua nemo per quemquam, nisi per Nos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, praeterquam in articulo mortis constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Praecipimus praeterea omnibus sub eadem excomunicationis poena, Nobis et Romanis Pontificibus succesoribus nostris reservata, ut teneantur denunciare Episcopis, vel caeteris, ad quos spectat, eos omnes, quos noverint his Societatibus nomen dedisse, vel aliquo ex iis criminibus, quae modo commemorata sunt se inquinasse.

Praecipue vero jusjurandum illud impium plane, ac scelestum, quo se obstringunt, qui in has Sectas cooptantur, nemini patefacturos, quae ad illas Sectas pertinent, et morte mulctaturos eos omnes sodales, qui ea Superioribus, sive ecclesiasticis, sive laicis patefaciunt, omnino damnamus, et plane irritum declaramus. Quid enim? Nonne nefas est jusjurandum, quod in justitia *pronunciandum est, veluti vinculum habere, quo quis se ad injustam caedem obliget, et ad eorum contemnendam auctoritatem, qui cum vel Ecclesiam, vel legitimam civilem Societatem moderentur jus habent ea cognoscendi, quibus illarum salus continetur? Nonne iniquissimum, et indignissimum est Deum ipsum veluti scelerum testem, et fidejussorem appellare? Rectissime Patres Concilli Lateranensis III inquiunt Can.* 3. Non enim dicenda sunt juramenta, sed potius perjuria, quae contra

Conventículos, bajo la pena de excomunion, que incurrirán ipso facto sin otra declaracion todos los contraventores, como hemos dicho arriba, de la que no podrán ser absueltos fuera del artículo de la muerte, sino por Nos ó por los Romanos Pontífices nuestros sucesores.

Ademas mandamos á todos bajo la misma pena de excomunion reservada á Nos y á los Romanos Pontífices nuestros sucesores, que denuncien á los Obispos y á los demas á quienes pertenezca á todos aquellos que sepan que han entrado en estas Sociedades, ó que han cometido alguno de los crímenes, que poco há hemos mencionado.

Pero principalmente condenamos y declaramos nulo, de ningun valor y efecto, el juramento absolutamente impío y execrable por el cual se obligan los que entran en estas Sectas que á nadie descubrirán lo que es propio de ellas, y que castigarán con pena de muerte á todos los compañeros que las descubran á los superiores eclesiásticos ó legos. Pues qué ¿no es acaso execrable que el juramento que debe ser pronunciado en justicia se haga servir de vínculo que obligue á cometer injustamente la muerte, y á despreciar la autoridad de aquellos que gobernando la Iglesia, ó la legítima sociedad civil, tienen derecho de averiguar y saber lo que contribuye á su salud y conservacion? Pues qué ¿no es una cosa iniquísima é indignísima poner por testigo y por fiador de horribles delitos á Dios mismo? Con muchísima razon dicen los Padres del

utilitatem ecclesiasticam, et Sanctissimorum Patrum, veniunt instituta, *et intolleranda est eorum ex his hominibus impudentia, sive amentia, qui cum non modo in corde suo, sed etiam palam, et in publicis scriptis dicant* non est Deus, *audeant tamen jusjurandum exigere ab iis omnibus, quos suas in Sectas deligunt.*

Haec à Nobis constituta sunt ad furiosas et scelestas has omnes Sectas comprimendas et damnandas. Nunc vero vestram Ven. Fratres Catholici, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, et Episcopi, operam non postulamus modo, sed etiam flagitamus. Attendite vobis, et universi gregi, in quo vos Spiritu Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Invadent quidem lupi rapaces in vos, non parcentes gregis sed nolite metuere, nec facite animam vestram pretiosorem quam vos. Illud tenete à vobis maxima ex parte pendere hominum vobis commissorum in Religione, et recte factis constantiam. Quamvis enim iis vivamus diebus qui mali sunt, *eoque tempore,quoplures* non sustinent sanam doctrinam, *perdurat tamen permultorum fidelium in pastores suos observantia, quos jure suspiciunt velut Christi Ministros, et dispensatores misteriorum ejus. Utimini igitur in ovium vestrarum commodum hac auctoritate, quam in earum animis inmortali Dei beneficio retinetis. Cognoscant per vos Sectariorum dolos, et quanta diligentia eos eorumque consuetudinem cavere debeant. Horreant vobis auctoribus et magistris pra-*

Concilio tercero de Letran en el cánon tercero: *Que no deben llamarse juramentos sino perjurios los que son contrarios á la utilidad de la Iglesia y á las máximas de los SS. PP.* Es intolerable la desvergüenza ó la locura de aquellos de esta Secta que diciendo no solamente en su corazon, sino á presencia de otros y en escritos públicos, *que no hay Dios*, se atrevan á exigir el juramento de los que reciben en sus Sectas.

